



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sanctae Mariae Collegivm Bredanum, in Campania Brabantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

deret, diuina admonitione intra Netæ ambitum iubetur oratorium construere; vbi vitam in multa sanctitate finiuit. In messe siti defici-
entibus, baculo terram fodit, & erupit fons largissimæ aquæ, qui adhuc visitur in *Emble- hem*. Alijsque multis miraculis claruit in vita,
& post mortem. Quiescit Liræ, quod est opidum Brabantiæ, diœcesis Antuerpiensis, vbi collegiatam habet Ecclesiam, quæ in historia Monasterium nominatur. Ad hoc monasterium venerunt Normanni, euersa Malina seu Machlinia, ignemque iniecerunt; Sed *S. Gummarus* è cœlis suis meritis contra eos pugnans, ignem extinxit,

Itaque collegium Liranum initia sua debet *Sancto Gummaro*, viro diuini ac nobili quod his verbis disertè testatur Chronographus Cameracensis: Non procul Machlinis est monasterium Canonicorum, quod ex proprijs prædijs vir Dei Gummarus illustris laicus, struxit, ibique sepultus diem resurrectionis expectat.

Auxit foundationem postea, & Canonicos instituit *Carolus Magnus* Imperator.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM
Bredanum, in Campania Brabantia.

BREDA illustre est Brabantia opidum in Meditullio Campiniæ seu Campaniæ, ferè sitū ad gentē Nassouiā spectas. Illius opidi templū *B. Mariæ* sacrum nonnisi parochiale olim

olim fuit in quo postea quatuor Canonici à Parocho vicini pagi Terheidem nūcupati, sunt primitus collocati.

Auxit postea hanc fundationem N. ex familia Nassouiorum ad numerum XIII. præbēdarum. Quo fit ut hodieque earum collatio spectet ad Orsingiæ Principem, gentis Nasouiae.

CAPUT XCII.

SANCTI IOANNIS COLLEGIVM
cathedrale Siluiducense seu Buscoducense in
Brabantia.

CAMPINTIA siue Campania Brabantiae prouincia, ad septentrionem Mosa flumine ac Hollādiæ finibus clauditur. Silua-ducis siue Boscum, primarium regionis opidum veteribus *Orten* fuit. Exstat diploma quorundam priuilegiorum à Philippo Imperatore Henrico Duci datorum quæ hoc nomine appellant. *homines quoque*, inquit, *civitatum Ducis*, videlicet *Orten*, quæ nunc *silua* dicitur, & *Tyele*, per totum Imperium in exactione telonij eandem habebunt iustitiam & libertatem, quam habuerunt temporibus patris & fratri nostri. Acta fuere hæc, anno 1204. Ita Diuæus libro primo Kerū Branticarum capite nono.

Annus fundationis opidi Siluidencensis his verbis comprehenditur: *Godefridus Dux ex silua fecit opidum.*

Idem